171

G


12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

~~159~~
171 G. 12
GW 3265
CA 220

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12


Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

# Fratris baptiſte mãtuani ad lodouicũ fuſcararium parthenices cõmendatio.



Koninklijke
Bibliotheek
te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Rater Baptiſta Mãtuanus Carmelita Lodouico
Fuſcarario ac Joãni Baptiſtę Refrigerio viris ĩteger
rimis. S. P. D. Libellum meum (cuiq; Marię ꝟgi
nis hiſtoriam continet parthenice titulus eſt) duorũ annoꝝ
lucubrationẽ tibi ⁊ Joanni baptiſtę Refrigerio dicare ⁊ ſub
vrõꝝ noĩm ĩnſcriptionibus ędere conſtitui Et ne q̃s hoc abre
⁊ temere factum exiſtimet cãm breuiter explicabo: Nuper in
cęnobium nrm̃ dirę peſtilẽtię immiſſo veneno toti vrbi cępera
mus eſſe timori. pellebamur non a colloquio tantum verum
⁊ a conſpectu hoĩm. ⁊ ab omni humano cõmertio tanq̃ baſi
liſci qui ſolo viſu noxij dicuntur longe prohibebamur. Atto//
niti eramus. lababant genua. nutabant animi Domi mors ĩ
perabat foris brumale frigus quotidianę pluuię annonę cari
tas ⁊ publica fames Bellorum ſtrepitus. hominum ſaluti ſu
ę cõſulẽtium ſeuera cuſtodia: aqua ⁊ igni interdicti videba//
mur. vndiq; timor vndiq; calamitatum cõfertiſſima acies ad
uentare nunciabantur. intercluſi eramus. nec vlla videbatur
euadendi via: omnia mortem intentabãt. ⁊ erat vna ſalus mi
ſeris nullam ſperare ſalutem Tu cum Refrigerio noſtro cre//
do a deo miſſus in atra denſiſſimę noctis calligine cęcutienti
mihi tanq̃ cum aurora matutinus lucifer diem aperuiſti. ſpẽ
vitę confirmaſti. xenia miſiſti. in amplas ac magnificas ędes
tuas hoſpitio me ſuſcepiſti: lautiſſime elegantiſſime pauiſti.
Nec quod magis miror videbaris hęc tanta peregrino ⁊ hoſ
piti preſtare ſed parenti ſed deo ipſi nullum clementię: nullũ
miſericordię nullum liberalitatis officium pretermiſiſti. om//
nia omnium ꝟtutum munera mihi rite perſoluiſti. Erat me//
cum Frater Petrus Neuolarius calamitatum mearũ ſem
per fidiſſimus comes ⁊ bernardinus Tridinus qui benefici
orum veſtrorum magnitudinem admirantes ſępius aiebant
ſe niſi oculis vidiſſent nunq̃ credituros in hoc tam corrupto
⁊ perdito ſeculo tantum in quoq̃ ſupereſſe ꝟtutis. Vos cala
mitatem meam in fęlicitatem conuertiſtis. vos mihi quod.
Diomedi Daunus quod Olyſſi Alcinous quod Euander
Aenee: quod progenitori noſtro Helię fuit ſareptana mulier
quod Chriſto Zacheus ⁊ Lazarus Et proculdubio Lodo
uice mihi hęc omnia conſideranti verum videri poſſet quod

vulgo fertur tuam ſcꝫ gentem ex antiquo illo romanę virtu-
tis robore ꝓpagatam. et a fuſco quodam: q̇ tum ęrario preerat
cum Romanoꝝ colonia bononiam miſſa eſt nomen ⁊ genus
accepiſſe. huic tã clarę origini cognomẽ aſtipulatum atteſtat᷑
antiq̇tas. tua ⁊ tuorum maiorum dignitas reſpondet tuoꝝ ⁊
morum integritas ⁊ publica fauet opinio. quis em̃ nõ credat
tam clarę preſtantiſq; familię egregium aliqđ fuiſſe principiũ
facile igit᷑ ⁊ ego in hanc ſniãm venireꝫ niſi altera verior tuę gẽ
tis conſtaret origo. Nam ꝑpl'i bononiẽſis annales ⁊ diaria ꝑ-
ſcrutantibꝰ euidens eſt tuã fuiſſe vnã ex ijs nobilibꝰ potentibꝰ
q; familijs ſic em̃ illas appellãt quas poſt miſerabileꝫ patrię
tuę ſtragem ⁊ deplorãdam euerſionem ad inſtaurãdum vrbis
decus lotarius imꝑator bononiã miſit. ſed hãc originem oĩm
victrix obſcurauit antiq̇tas. digniſſima ꝓculdubio ⁊ venerã
dę maieſtatis fuit hęc origo gentis tuę ſed longe maioris glo-
rię ſplẽdoriſq; eſt tot preſtãtium ciuium vt ſtemata docẽt fera
ciſſimam fuiſſe tot p̄clara viroꝝ ingenia tuliſſe tot ỽtutibus
quaſi ſtellis quibuſdaꝫ claruiſſe tot laude dignos nepotes ꝓ
genuiſſe. quoꝝ quidã nõ ad minutaꝝ ſordidarum ve ſꝫ maxi
marũ ⁊ reipublicę valde vtilium rerũ negociationẽ ſe cõtule
re. ⁊ ſumma fide diligẽtia ſolertia patrimoniũ amplificantes
nouas ędes extruxerũt extructas expoliuerũt auxeruntq; fun
dos cõpararunt: diuitijs opibuſq; lõge lateq; ſplenduerunt
quarũ partem inopi partem templo ꝑteꝫ ſuis opportune po
nẽtes optimorũ ciuium pijſſimoꝝq; chriſtianoꝝ ſibi merito
nomẽ acquiſiuerũt Quidã ſumma cum gloria legũ ſtudia ſe
quuti nõ ſuo tãtum verũ ⁊ futuro ſeculo miꝝ immodũ profu
erunt. qualis ęgydius fuit cuiꝰ adhuc in diui Dominici cęmi
terio marmoreum ſepulchꝝ magnis extructũ impẽſis oſten-
ditur. fuerũt complures alij quorũ quom oportuit opera ⁊ cõ
ſilio reſpublica vſa eſt: ⁊ q̇ ſumma pietate patriã cõplexi res p̄
claras prudẽter fortiterq; geſſere: qualem Pomeum perhi-
bẽt equitem auratum ⁊ iure cõſultiſſimũ rerũ humanarũ di-
uinarũq; peritiſſimũ. de cuiꝰ acri ingenio ſtrenuitate facun-
dia ⁊ in omni priuato publicoq; munere preſtãtia quotidie a
pud maiores natu cum admitariõe ſermo eſt. ⁊ oĩm qui eum
nouerunt iudicio ſummum patrię decus fuit et ornamentum

Extant apud te Lodouice cõmentarij ꝗꝫ plures orationũ di-
uerſis in legatiõibꝫ ab eo ſcite docte ſapiẽterqꝫ habitaꝝ in qui
bus diſciplinaꝝ oĩm ſacraruꝫ ꝑcipue ſcripturaꝝ cognitio in
gens dicendi vehementia et immẽſa patrię charitas eluceſcit
Ex tam claris igit̃ fontibus nõ potuerũt niſi optima flumi-
na deriuari nec mirum eſt te virtutum amatorem ⁊ cultorem
eſſe ꝓbitatis quę tui generis radicibꝫ incocta eſt. ꝓpterea nec
per longa temporum ſpacia nec per mala huiuſce vitę noſtrę
contagia potuit eneruari Eſt profecto vt videre videor mag-
num virtutis adiumentuꝫ claris ortum eſſe parentibꝫ ſolent
em̃ iuuenes qui aliquid indolis habẽt ne degenerare videãt̃
maioꝝ ſuorum dignitatẽ ęmulari ⁊ ad paternaꝝ laudum aſ-
pirare fęlicitatem: ſic philippi nomen Alexãdrum ſic maioris
aphricani gloria minorem Scypionem ſic Ceſaris Julij fa-
ma Octauianũ excitauit. ſic deniqꝫ Pyrrhus Achilleides e-
rat animoſus imagine patris. Te quoqꝫ Lodouice ꝗꝫꝗꝫ deo
natura ducẽte tuiſqꝫ annitentibꝫ ſtudijs ꝟtutum amas nõ pa
rum anteceſſoꝝ tuoꝝ te iuuare pñt imagines. quorũ mores ę
quare vt arduuꝫ ⁊ difficile ſic certe ⁊ pulchrũ eſt ⁊ laudabile
Te vero refrigeri ſilẽtio preterire nõ poſſum ne tuoruꝫ in me
meritoꝝ quęꝓpe infinita ſunt oblitꝰ videar. ſcribã igitur. quę
et neceſſitudis nrẽ fuerint exordia: ⁊ eiuſdem ꝑpetuo conſer-
uãdę ſint munimẽta. Ex eo tp̃e quo primũ bononiã veni ſemꝑ
aĩaduerti te moꝝ grauitatem: vitęqꝫ honeſtatẽ cum optimis
lrãꝝ ſtudijs ſic cõiunxiſſe: vt facile cõijcere poſſem te in opti-
mũ ⁊ preclaꝝ virum breui euaſuꝝ: qd̃ ⁊ rei cõprobauit euen
tus Nam ad pñs nec meliorem nec eloquentiorem ciuem te
habet feraciſſima preſtãtium ingenioꝝ Bononia. Tu Pom
peianę magnaĩmitatis: ⁊ catonianę ĩtegritatis ęmulator tan
to patrię tuę factꝰ es ornamẽto. vt de te dici poſſit illud Maro
nis noſtri Uitis vt arboribus decori eſt: vt vitibꝫ uuę: vt gre
gibus Tauri ſegetes vt pinguibꝫ aruis Tu decus omne dijs
Extant em̃ plures abs te editę orões et epl'ę ciceronianã maie-
ſtatẽ redolẽtes. ex quibꝫ quãtum igenio ⁊ doctrina polleas fa
cile dignoſci p̃t vnde nec ſine magna animi voluptate ea lege
re ac ꝑlegere poſſum. extãt ⁊ poemata tua: q̃ tuſca ligna pluri
ma compoſuiſti tanto ornatu tãta venuſtat e tanta fęlicitate



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

cōdita vt ⁊ mihi ⁊ oīb⁹ vſui ſint in miraculo habeantur. Ta-
ceo tuam ī patriā pietatē: ⁊ in amicos fidē ⁊ ꝯſtantiā. placuit
mihi ſemꝑ in ꝑmis tua in deū optimū ſcā religio. Sepius q̄-
dem ſacra loca ⁊ cenobia adis. Dei bonos ſeruos colis ⁊ vene
raris: placuit itē ꝙ parētem tuū peritiſſimū olim phyſicū. q̄
Auicenā ⁊ Hippocratē. dum viueret publice interꝑtans me
dicinā florētiſſime docuit incredibili q̄dā ſtudio ⁊ pietate ſꝑ
obſeruaueris. ꝑtereo ſplēdidas affinitates partos ī patria et
extra honores. hec em̄ quoniā fortune bona ſunt. nec quenq̄
meliorē faciūt. licet ſm peripateticos ad hūane felicitatis con
ſumatōem faciant: nunq̄ ad amandū quempiam me allicere
potuerūt. Sz vt ſermoīs nr̄i ꝑicipio finis ꝯſentire videatur
vn̄ digreſſi ſumus reuertamur. bn̄ficia nuꝑ a vobis ī me col-
lata recenſebā: vt nō leuem fuiſſe cām oſtenderem que ad ꝑſa
ti libelli mei donatōem ⁊ ad hoc tenue gratitudīs munus me
ad hortata ē. illorſum nr̄ā tendebat orō. Solebāt romani ve
teres eum q̄ ciuē ſeruaſſet ī bello corona q̄ ciuica dicebat̄ in
ſignire. ꝙ ſi apud eos tātus honor erat ei q̄ aliū ſeruaſſet quā
ti ego ne ingrat⁹ ſum te Refrigeriūq̄ facere debeo q̄ nō ciues
meos ⁊ frēs tm̄ ſed ⁊ meipm in deo mouente viāq̄ mōſtrāte ſer
uaſtis. Decorari vos oportet hac nr̄ā ⁊ ſi pauꝑe corona tn̄ ꝙ
a generoſa mēte ꝑueniat digna eſt quā leta fronte ⁊ tranq̄llo
vultu accipiatis: que celeſtis ⁊ vere beatitudīs vobis ſit pre-
ſagium ꝟtutum vr̄ārum monumētum ⁊ amicicie nr̄ē pignus
īmortale. Ab ineūte etate quom ſub paterne diſciplīe cura edu
carer ⁊ poſtq̄ ad ſancti mōtis Carmeli ſeueritatē me contuli
vbi īter viros q̄ Heliam heliſeūq̄ ꝓphetaꝝ ſanctiſſimos exꝑ-
mere conantur iam diu vixi ſꝑ accepi bn̄ficioꝝ acceptoꝝ nul-
lo pacto decere memoriā amittere ſz oportere de referēda grā
ſꝑ cogitare. ⁊ nunq̄ obligatōem diſſimulare. Quantas igitur
potero grās referā quas ſi referre negabit iopia ꝟbis agā. ſin
agere nequero ſaltē habebo. Ad pn̄s ḡ munuſculo iſto ꝯtenti e
ritis: quod vobis tota mentis intentione dico facturus mul
to ampliora ſi poſſem

¶ Valete.

## ¶Apologeticon ad Eoſdem.

QUoniam fortaſſe cõplures rei vt mos eſt nouitate pellec
ti ꝛ ſi nõ perlegẽt tamen parthenicen nrãm ſub vr̃is iam
nomibus edendam ne in aliquem malę opĩonis morbidum
incidant volo quendam ſalutaris antidoti ſyntheſim eoꝝ mẽ
tibus admouere Omnes tamen premonitos volo ſi q̇d meę
iucundiſſimę parthenice decoris ꝛ venuſtatis deeſt multum
aũt deeſſe q̇s dubitat: impatiẽti Refrigerij deſiderio totum im
putandum eſſe cuius lõgis p̃cibus expugnatus me exorari ꝛ
libellum quaſi ĩplumes pullos añ tempus paſſus ſum euola
re de nido. Nec erat eius aliud deſideriũ q̃ꝫ vt ſanctiſſimę ꝟgi
nis laudes a pluribus legerent̃ ꝛ parthenice nrã poetico ve/
ſtita decore de ecclesiaſtico ꝓdiens gymnaſio populi ĩ ſe con/
uerteret intuitũ. Sꝫ neſcio an qď voluit obtinebit: pia ſunt
vota. ſꝫ metuo ne nõ fęlici fraudent̃ euentu. nam nec q̃ debuit
lima cruciata eſt nec hoĩm mẽtes vt eſſe deberent affectę ſunt
Nam dum quiſqꝫ tempoꝝ vicio cumulãdis opibus aut au/
gendis honoribus operam ĩpendit liberales artes ĩtermittũt̃
q̄ inter humana bona ſolę ſunt veꝝ decꝰ ꝛ honeſtiſſimũ pecu/
liũ Sꝫ de his alias: nũc ad p̃ns inſtitutũ accedamus Vide/
bor fortaſſe ꝯtra ꝛ ꝯſuetudiem ꝛ ꝓfeſſionem meam nimiũ ex
cãdeſcere. ꝛ Rhodio ſeu lyndio herculi ſacrificare. ſꝫ ſi nõ ni/
hil qď neqꝫ ꝓpoſitum ẽ limitem exceſſero detur rei cõtra quam
dicturus ſum dignitati ꝛ iniurię quam quotidie patimur me
minerit quiſqꝫ: Moſem iuſta indignatione commotum ta/
bulas dei digito ſcriptas cõfregiſſe. ꝛ conſideret diuum hiero
nymũ ſuoꝝ detractoꝝ quos ſępe canes noĩat maledictis rñ/
dere coactũ tãto nõnunq̃ꝫ ſtomacho moueri vt ꝛ ſi nunq̃ꝫ iu/
ſticię ꝛ veritatis aliquãdo tñ modeſtię ꝛ grauitatis videat̃ ob
litus Et q̇s aduerſus hos iniq̇s iudices vocẽ non tollat q̇ aſſi
due cõtra mei ſiles tam inepte tã ꝓterue tam ꝓcaciter tam pe
tulãter obloquũtur: Aiũt vos leuibus ſtudijs oblectari: nec
carmĩa decere religioſum viꝝ. hęc cõdẽnatõis nrẽ cã eſt cõtra
hos duce veritate paramꝰ expeditionẽ. hi ꝓculdubio ſi errorẽ
ſuũ cognoſcerẽt ſi ſaperent ꝛ ĩtelligerent in ęternũ ſilentiuꝫ ob
muteſcerẽt. Et ſi q̇tiẽs peccãt atramẽto linirent̃ vt q̇rundam
ludoꝝ lex poſtulat Andromada ꝛ Memnone nigriores eſſent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Vellem Hieronymū legiſſent ⁊ ſcirēt an mulierem alienige
nā bello captā poſtq̄ȝ decaluata eſti matrimoniū ducere lice-
at. Quid ſit egyptū vaſis aureis ⁊ argenteis omniqȝ ꝑcioſa
ſuppellectile ſpoliari ab hebreis. Quid myſtice ſignificet tem
plū dei ⁊ arcā legis auro barbarico decorari: q̇d eſt ꝙ Salo-
mō. i. dei ſapīa tēpli materiā ⁊ ornamentū om̄e ex libano phe
nicia ⁊ gentilium inſulis aduexit. Quid ē Reginā ſabeoꝝ q̄
erāt ethnici arabię ppl'i tantā odoramētoꝝ copiā hieroſolymā
ad pacificū regē attuliſſe. Quid eſt tres magos auro thure ⁊
myrrha chriſtū in cunabulis adoraſſe. et barbara ꝑegrinaqȝ
līgua mariā ſalutaſſe Cur putas Joſeph et Moſem oēm egy
ptioꝝ ſapiam didiciſſe. Certe ꝑ hęc ⁊ his ſilia ſignificat̄ oē qđ
in t̄ris boni erat ſiue reꝝ ſiue ſermonis chriſto deberi qđ ipſe
poſtea exꝑſſit dicēs quom exaltatus fuero oīa traham ad me
ipm̄. ergo de nūero oīm nō eſt eloquētia nec poeſis: q̇s angelō
rum vobis o critici reuelauit ab illa generalitate duo hęc ex-
cludi: Quid eſt qđ in pſalmo legit̄ myrrha ⁊ gutta a veſtimen
tis tuis a domibꝫ eburneis ex q̇bꝫ delcāuerūt te filię reguȝ in
hōre tuo. Aſtitit Regia a dextris tuis ī veſtitu deaurato circū
amicta varietate. hęc ⁊ ſi ad ꝟtutes ⁊ mores referri videantur
nihil tm̄ ꝓhibet ⁊ ad eloquiū ſermoniſqȝ varietatē extēdere. nā
teſte iob lex dei ⁊ ſermo multiplex ē: nec vnā hȝ īterpretatiōeȝ
cū auctore paulo vnuſquiſqȝ ī ſenſu ſuo abūdet Vellē ne toti
ens bonos icēſſerēt antiq̄ſſimos ⁊ ſc̄iſſimos hebreoꝝ viros
ſcirēt nō legiſſe modo ſȝ ⁊ factitaſſe ꝟſus ⁊ poemata poetaſqȝ
fuiſſe. ſȝ alio noīe carmē appellabāt. nā cantica pſalmos hym
nos magis vocabāt q̄ȝ poemata. vt illud Te decet hymnꝰ de
us in ſion. ⁊ illud: pſalmū dicite noī eiꝰ. ⁊ iteꝝ ſumite pſalmū
et date tympanū pſalteriū iucundū cū cithara. ⁊ iteꝝ in pſal-
mis iubilemꝰ ei. et itē illud exurge pſalteriū ⁊ cithara. nō nun
q̄ȝ ⁊ carmē dicūt vt illud carmē deo nrō: ſȝ quid de vocabulis
eſt cōcertatio cū eandem rē eſſe ꝯſtat quā gręci pſalmū et hym
nū dicunt nos carmē appellamꝰ ⁊ ꝟſus: Dicite: moſes ſc̄tūs
fuit: ſcripſit moſes carmē: ⁊ illud filios ⁊ filias iuſſit ediſce-
re. An Dauid ſc̄ūs eſt: at Dauid pſaltes citharędus ⁊ poeta
lyricꝰ fuit. Audiſti cū legeret̄ ī pſalmo Exurge gl'a mea exurge
pſalterium et cithara. Audin audin pſalterium et citharam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

gloriã ſuã vocat. Sed quid quaſi in re dubia heſitamus: in⸗
terroga doctiſſimos hebreoꝝ: lege hieronymũ fidelissimũ in
terp̄tem. Credo ego dauid ⁊ naturalis ⁊ moralis phie ſtudio
ſiſſimũ fuiſſe. ⁊ poetico diuinoq; ſpũ nõnunq; tãtum incalu⸗
iſſe vt aliqñ ꝓphetare nõ aduertẽs q̇d diceret. audi pſalmũ Ce
li enarrãt gl'am dei ⁊ opa manuũ eius enunciat firmamentuꝫ
audi ⁊ alium. Delectaſti me in factura tua ⁊ in opibus manu
um tuaꝝ exultabo. Et paulo infra redarguens eos qui a ſcien
tiarũ cõtemplatione ceſſant ſubiungit. Uir inſipiens non co
gnoſcet ⁊ ſtultus nõ intelliget hec. ⁊ in alio pſalmo legit̃ deus
ſcientiaꝝ dominus eſt. Dicite. Hieremias ſanctus eſt: at ipſe
numeros Threnos ſcripſit. quo genere poematis p̄mus Si
monides apud grecos vſus dicit̃. Quid de Job ſentitis: ma⸗
gna ps calamitatum eius heroico ꝟſu hieronymo teſte decur
rit. O ſapientes viros ⁊ dignos quibꝫ eccleſie credamus ha⸗
benas: pſcribere volũt carmina. pſcribentur ergo Moſis da
uid hieremie ⁊ iob immortali veneratõe digna volumina. ah
equo aĩo eſtote iudices: nec p̄cipites in ſñiam ruatis. date diei
dilationẽ. pegrini teſtes adducendi ſunt. ſed q̇d eſt vos rogo.
die noctuq; in eccleſijs carmĩa legimus ⁊ cãtam⁹: vos ipſi nõ
nũq; adeſtis cũ canit̃ Jã lucis orto ſidere. Cõditor alme ſide⸗
rũ. Ales diei nũcius lucẽ ꝓpinquã p̄cinit. Aurora lucis ruti⸗
lat. Lux ecce ſurgit aurea. Aeterna celi gl'a: btã ſpes mortaliũ
Altitonantis vnice caſteq; ꝓles ꝟginis. O q̃ gl'ifica luce co⸗
ruſcãs. Sanctoꝝ meritis inclyta gaudia. Iſte confeſſor dñi
beat⁹. Salue ſcã parens enixa puerpera regem. Qui celũ ter
ramq; regit. adeſtis inq; cũ hec ⁊ id gen⁹ alia vl' legunt̃ vel ca⸗
nunt̃: tacite cornicamini: que auditis laudatis: talibꝫ placa⸗
ri deũ confitemĩ: hec poetaꝝ carmĩa ſunt: ⁊ poetarũ carmina
vultis explodere. idẽ placet ⁊ diſplicet. idẽ ꝓbatis ⁊ improba
tis quod quãtum vitiũ ſit dialecticos interrogate. ſatius vo⸗
bis erat tacuiſſe ⁊ digito cõpeſcuiſſe labella. debebatis ea ſal⸗
tem diuine ſcripture ꝟba timere. ve vobis qui dicitis bonum
malum malum bonũ ponentes lucẽ tenebras ⁊ tenebras lu⸗
cẽ. Uerẽ incõcinne nuge p̄claris ingenijs ſcandalũ ſunt. ſcis ꝟ
tutũ conatibꝫ obſiſtũt. accidie ignauieq; ſemĩa ſpargũt. Lõge
aliter loquutus eſt Chriſtus ſcrutamini ſcp̄turas inq̇t: ⁊ in

diſcipulos iraſci viſus eſt ꝙ ꝑabolas apologis ꝑſimiles tar/
dius intelligerēt cū dixit adhuc ⁊ vos ſine intellectu eſtis Iſti
vt arbitror q̄dā ſua bona (vt aiūt) volūtate cōtenti intellectuꝫ
excolere negligūt: huiōi vita ſi bona ſit neſcio: certe eaꝫ hiero
nymus ruſticā vocat Ego exiſtimo bonū virū eſſe nō poſſe q̄
vel ſua vel alioꝝ prudētia nō regat̄: oportet ergo iſtos ſi boni
eſſe curāt vel quę dicimus ſcire vel ſcientibꝫ credere. Credāt
ergo nobis: ⁊ ſileāt ⁊ nos quoqꝫ receptui canemꝰ. Aiūt ſcōs
viros ignaros litteraꝝ fuiſſe: fateor de quibuſdā: ſed erat in e
is dei ſpūs rerum omnium ſcrutator ⁊ doctor: Rudes erant
inquiunt apoſtoli: nō inficior eos cuꝫ electi fuerunt rudes fu
iſſe: ſed expoliuit eos chriſtus: ⁊ diſciplinę ſue magiſterio for/
mauit Cur paulus vas electionis appellatus eſt: an ꝙ pię vo
luntatis motu ferretur. non vtiqꝫ ſed ꝙ diuinę legis ⁊ ſcriptu/
rarum erat armarium. ſic hieronymo placet. ſi aliter ſentitis
vel hieronymo prudētiores vel peſſimi hominum eſtis quia
nec prudētes eſtis nec prudentibꝫ aſſentitis. Tria hominum
genera canit Heſiodus. vnū eorum q̄ quę agenda ſunt videt
aguntqꝫ: ⁊ hi q̄dem optimi ſunt. Alterum eorū qui ⁊ ſi nō vi
deant videntibus tamen obediunt. ⁊ hi quoqꝫ boni ſunt. Ter
cium penitus inutile ⁊ abominandū eoruꝫ. ſcꝫ qui nec ſua vt
dixi nec aliorum prudentia gubernātur. propterea in pſalmo
dicit̄ gens ſtulta ⁊ abſqꝫ conſilio: vtinam intelligerent ⁊ ſape/
rent ⁊ nouiſſima ꝓuiderent. Colenda ergo ſunt ingenia ſcrutā
dę ſcripturę rimandi codices: euoluendę hiſtorię. Auguſtini
verba ſubijciam ſic eñi in libro de doctrina chriſtiana nos in
ſtruit dicens philoſophi maxime platonici ſi quę fidei nrē cō
ſentanea dixere non ſolum formidanda non ſunt. verum ⁊ ab
eis tanqꝫ ab iniuſtis poſſeſſoribus in vſum noſtrum cōuertē
da: reſpondebūt fortaſſe de philoſophis auguſtinū nō de poe
tis loqui: verum aiunt: ſed nunquid poetę phī ſunt? Quę ſen
tentia illa eſt diſcite iuſticiam moniti non temnere diuos. Et
illa: morte carent animę: Et illa quę inq̄t apud inferos purga
ri. Quę quis apud ſuperos furto lętatus inani. Diſtulit in ſe
ram cōmiſſa piacula noctem: nō ne oēs platonicę ⁊ xp̄e immo
⁊ catholicę Empedocles phūs orator ⁊ poeta fuit tragędias ⁊
xerxis tranſitum carmine ſcripſit. homerus ⁊ philoſophus et

poeta fuit: putauitqꝫ omia ex aquis ꝓgenita nã oceanuz oim
patrem dicit. Jlle ipſe de quo Auguſtinus ait plato poeta fu
it: poemata ędidit ⁊ tragędias. Lucretius poeta fuit ⁊ philo
ſophus. Marcus Manl. phũs ⁊ poeta. Macer phũs ⁊ po
eta. Quintus Serenus ⁊ Auſonius medici ⁊ poetę Quom
virgilij georgica legis phiam legis. Tota ęneis ethica ē: docz
eñi quo pacto vir fortis omnes caſus ferre debeat: quid in oī
fortuna ſentiendum quid dicendum quid ve tacendu z ſit. Et
magnus eſt in eo libro cęteriſqꝫ ſimilibus non eloquentię ſolũ
ſed omnis ſcientię ſapiētięqꝫ theſaurus: ⁊ licet iſtę pueris tra
dant̃ ſunt tamen viriles ſenileſqꝫ lectões. Sed ne forte dice//
re audeant apud antiquos eccleſię doctores ⁊ magiſtros nul
lam fuiſſe poeſim facile nãqz in id mendacium ꝓlaberent̃ nul
lam habentes hiſtoriarum notionem volo eorũ occurrere de
licto ⁊ ne ſe tāti criminis reos faciant obſtare. nobile pſychoma
chię opuſculum chriſtianum habet auctorez. O maſtigopho
ri caſtigatoreſqz noſtri videbitis illic figmēta ⁊ ꝓſopopęas v
biqz reſonare. Quid de paulino nolanę vrbis epiſcopo hiero
nymi contemporaneo ⁊ familiari: Nonne pulcherrima q̃ ad
huc extant ⁊ ſemper extabũt excudit poemata: Cum adhuc a
doleſcentulus eſſem a ſtudijs eccleſiaſticis mori illius ętatis
ob horrorem forte in ea poemata incidi: ⁊ carmīs ſuauitate d
lectatus aīm ad res diuias paulatim appuli: ⁊ ex illo tempo//
re ſacrarum litterarum ſtudioſior fui. ſic ꝓcor accidat ijs qui
mea legent: ⁊ fiant libelli mei quaſi apoſtolica retia ⁊ trahen//
dis ad chriſtum hominibus laquei tenaciores. Ambroſium
mediolanēſem archiepm ⁊ Bedam preſbyterum taceo: quo
rum alter Ambro. ſcz pulcherrimos ⁊ pindaricam officinaz
redolentes hymnos odaſqz venuſtiſſimas alter de componē
dis verſibꝫ libellum conſcripſit. Certum eſt mihi cum his ꝓ//
ſtantibꝫ viris malle carpi q̃ꝫ vobiſcum o cenſores mei ab im
perito vulgo ꝓdicari. Volo añ iſtoꝝ oculos iuuencũ hiſpa//
nũ ſtatuere quē inter illuſtres viros ⁊ in doctiſſimorũ chriſtia
norũ catalogo hieronymus enumerat vt accidat eis qd a per
ſio dicit. Uirtutem videant itabeſcātqz relicta Prodite o zoi
li nr̄i: videte virũ ſacris initiatum myſterijs lauro coronatũ:
muſis vndiqz cinctum lyram tenentem: currite ad rarum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

hoc ⁊ grande ſpectaculum: ſed cauete ne repẽte culpetis: lau
datur a hieronymo. hic igiť immenſam euãgelicę legis maie/
ſtatem verſibus incluſit heroicis. ⁊ idem alij fecere chriſtiani
et grauiſſimi ⁊ ſanctiſſimi: quorũ cũ opus erit mentionẽ faci
emus: nõ eñ hãc volumus in veſtras duriſſimas frõtes eſſe
vltimã expeditõem. Et qm̃ carmẽ vituperant inſpiciamꝰ ꝗd
carmen ſit: quid mali concludat. iudicio meo licet ita carmen
definire. ꝙ orõ ſit strictiori pedum lege cohercita: ⁊ ornatiſſi/
mũ dicẽdi genus. quid hic mali latet: ꝗd nõ potius boni. ſic re
rũ naturę ꝑſpiciũtur quom ꝑ analyſim in ꝓncipia cauſaſq; re
ſoluuntur. Orõ quid in ſe mali cõtineat nõ video: ꝗ vidȝ edat
pedibus eſſe cohercitũ quis malũ putat: at hęc eſt tota carmi
nis natura. Dicant iſti malos eſſe ꝟſus ꝙ ſepius in vſus ma/
los venere. at at. ſi ꝓpterea res malas dicũt: ꝗd peius auro de
quo illud phorylidis.

quid ligno quid equis ꝗd ferro peius: quę tot bellorũ incẽdi
is terra mariq; vſum ꝓbuere: mala erit tellus maluȝ mare ad
damus totum illud Heſiodi.

mala ſydera: quibꝫ nõnunq; male vtunť aſtronymi. Cõcedo
magnę vanitatis poeſim nõ ſuo ſed abutẽtium vitio fuiſſe mi
niſtrã. Sed Maria magdalena ꝗd fuit: Matheꝰ apl's Pau
lus quondã lupus rapax ꝗd fuere: ⁊ tu fortaſſe ꝗd aliqñ fuiſti
nõ ſunt deſtruẽdę res bonę ꝙ malis vſibꝫ ſeruiãt: ſed ipſis ſi fi
eri poteſt ſeruatis caſtigandi ſunt ꝑuerſe vtentes. Origenes
inqt res quę ꝑ naturam bonę ſunt dum his male vtimur nos
ad pctã deducũt. nõ eſt mala res: vidit eñ deus cuncta quę fe
cerat ⁊ erãt valde bona. ſed abuſus malus eſt carmen omneȝ
orõem fateri malã neceſſe eſt. ſi eñ quod in aliquo genere no/
biliſſimũ eſt malum eſt totum genus malum eſt. ſed nolo in
hoſtes dialecticis amplius termis pugnare ne ſe inſidijs cir
cũueniri q̃rantur: nec volo illum imitari ꝗ dixit mutemꝰ cly
peos: danaumq; inſignia nobis Aptemꝰ: dolus an ꝟtus ꝗs
in hoſte requirat: Volo apto campo collatis ſignis milite ꝟ/
tute duce ꝟitate iuſto marte decernere. Dicũt poeſim inuentũ
eſſe gentilium: ⁊ ꝓpterea reſpuendã: ſi conſecutionũ quas mo
do neoterici cõſequentias vocant legem agnoſcerent putas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

ſta dicerēt: ſi aliqua pfectę ꝟtutis vena viueret ī iſtis non eſſet
nobis iſta certandum paleſtra. ſed ad omnia aduerſa patiēter
ꝛ equo aīo pferenda me ſemper illa gregorij maxīe adhorta/
ta eſt ſententia que inqt . quod flagellum grano . quod fornax
auro quod lima ferro hoc facit tribulatio viro iuſto Item illa
tolerandi vbiqꝫ ſunt mali: qꝛ Abel eſſe nō poteſt quem chain
malicia nō exercet. Tolerare ḡ debeo: tacere nō debeo Cuius
malus eſt īuentoꝛ malam rem eſſe reſpondent. malę ergo ſunt
lrē latinę quaruꝫ ( vt aiunt ) īuentrix eſt Carmenta: malę grecę
quarū auctoꝛ eſt cadmus: malę omnes artes liberales q̄ ſunt
īuenta paganoꝛū. nihil erit ī hoc mundo boni pꝛeter id quod
ī hoꝛtis iſtoꝛū aut agris naſcitur. Nō vtentur fabꝛi ſerra non
aſcia nō perpēdiculo non terebello. nec nautę malo antemna
qꝫ quoꝛū oīm inuentoꝛ Dedalus fuit. pꝛohibeatur ꝛ currus
quem pͥmus excogitaſſe dicitur Erichthonius Septineruis
lyꝛa mercurij eſt: cauete muſici Iſtis quom egrotabunt ne ad
ſitis medici: Ars em̄ veſtra deſcēdit ab Eſculapio. ſyntheſim
mitridaticam ne dederitis: pontici regis eſt condimentum.
Verū hec maīfeſta deliramenta cum ſint nec confutatōe ege/
ant: ad alia obiecta tranſeundum eſt Damnādam eſſe poeſim
volunt qm̄ falſa deridēdaqꝫ contineat. ꝛ illius verſiculi pꝛeſi/
dio freti feſtuca moliuntur leonem occidere Nā miranda ca/
nunt ꝛ non credēda poetę. Cur non potius illud hoꝛatij pꝛofe
runt Dictę per carmia ſoꝛtes. Et vitę monſtrata via eſt ꝛ grā
regum. Nil ītentatum noſtri liquere poetę. Quid ad hoc aliđ
reſpondebo q̄ꝫ quod a lactātio firmiano viro ꝛ chꝛiſtiāiſſimo
ꝛ doctiſſimo ī diuinarum inſtitutionuꝫ libꝛo dictum repperi
Dicam igitur poetas veraciſſimos eſſe. ſed opoꝛtere volentē
eos ītelligere pꝛemoītum eſſe non noīa ſolum ſed res ipſas a/
pud poetas ꝛ ſacros codices aliquando ſignificare res alias.
ꝛ ſic fieri vt conſideranti tantum voces ꝛ prima vocum ſigi/
ficata non ſolum poetarum ſed ꝛ ſcripturę ſacrę textus īſulſi
falſiqꝫ videantur. vt eſt illud ī pſalmis. Vineam de egypto
tranſtuliſti: eieciſti gentes ꝛ plantaſti eam: Dux itineris fuiſti
ī conſpectu eius ꝛ plantaſti radices eius ꝛ impleuit terram
operuit montes vmbꝛa eiꝰ ꝛ arbuſta eiꝰ cedꝛos dei Extendit
palmites ſuos vſqꝫ ad mare: ꝛ vſqꝫ ad flumē ꝓpagines eius:



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 12

Et quid diſtruxiſti maceriam eiꝰ. ⁊ vindemiāt eam omnes q̄
pretergrediūtur viā: Exterminauit eā aper de ſylua. ⁊ ſingula/
ris ferus depaſtus eſt eā. Si q̇s poetaꝝ noſtroꝝ hec texuiſſet
